

DE SUCINO

hæreticorum depellenda erant ordi-
nati, sub prætextu crucis & calamita-
tum voluptates sequuntur.

Hæc ideo dixi vberius, vt ostende-
rem naturæ inquisitionem iucundam
& vtilem esse in cõmuni vita, dignam
homine Christiano. Considerantes
enim terrenaſcentium varias vices or-
tus & interitus, commoneſceri debe-
mus de humanæ vitæ fragilitate, ideó-
que nec efferri rebus ſecũdis, nec no-
ſtræ vocationis metã tranſilire. Qui-
uis Deo placere & ſeruire in quouis
vitæ genere poteſt, nec opus eſt finge-
re novos cultus aut cæremonias no-
uas contra mandatum Dei. Non mo-
ueamur lacera Eccleſiæ facie, amemus
ſimplicitatem in doctrina, & humili-
tatem in omni vitæ genere. Humilita-
tem certè ac gratitudinem amare di-
ſcemus, ſi ſæpius naturæ hortum pia
conſideratione ingrediemur, ac ter-
ræ naſcentium naturas intuebimur:
ad quarum contemplationem nos i-
pſe